



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VIII. De Ordine Domestico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

5. Si quem ad Sacros Ordines promovendum, aut in Confessarium, vel Concionatorem esse eligendum videbitur, Provinciales admoneant; y & fervent, quæ in hujusmodi promotionibus notantur superius Par. 2. Cap. 4. Sect. 4.

6. Remedium adhibeatur si quis, frequentans apud nos Sacramenta, moribus suis alios offenderet. z

7. Curam quarumcumque mulierum à nullo suscipi permittent: licebit tantum aliquando apud eas concionari, & semel unius Monasterii Confessiones audire, idque petentibus illarum Præsidibus. z

S E C T I O VIII.

De Ordine Domestico

1. Q Uotidie post orationem matutinam fiat Sacrum, cui omnes intersint. b In Collegiis, quando Nostri ad Sacram Communionem accessuri sunt, præsertim diebus Dominicis, in Ecclesia id faciant, separati tamen ab Externis. c Singuli in oratione, & examine visitandi; & aliquando etiam à Ministro, & Rectore. d

2. Oâo, ut minimum, horæ intersint

Et Ordinandos.

y P. 4. c. 9. §. 3.
& R. Prep. 45.
& Rect. 44.

Scandalosi non tolerandi.

z R. Præp. 46.
Mulierum cura vitanda.

a P. 6. c. 3. §. 5.
& Paul. III. p. 44. & C. 7. D. 56. & C. 8. D. 11. & R. Præp. 47. & Rect. 68.

Ordo spiritualium exercitationum.

b P. 4. c. 4. §. 2.
& R. com. 2 & R. Præp. 49. & Rect. 45.
c R. Rect. 46.
d C. 7. D. 25. §. 1. & R. Præp. 50. & Rect. 47. & In. 13. c. 1. §. 1.

Somni spatium.

e P. 3. c. 2. §. 2.
& B. & E. & P.
4. c. 10. §. 9. &
I. & R. Præp.
51. & Rect. 50.

Mensa norma.

f P. 3. c. 1. §. 5.
& C. 1. D. 99.
& C. 4. D. 60.
& R. Præp. 53.
& Rect. 51.
g C. 1. D. 106.
& R. Præp. 54.
& Rect. 52.
h R. Præp. 55.
& Rect. 53.

Recreatio ordinaria.

i P. 3. c. 2. §. 4.
& D. & Reg.
Præpos. 56. &
Rect. 55.
l C. 6. D. 6. &
In 13. c. 9.
m P. 3. c. 2. §.
4. & R. Rect.
49.

*Extraordina-
ria.*

à posteriori prandii signo ad cœnam; aliquid amplius ad refectiuunculam loco cœnæ; septem verò à tempore, quo se cubitum Nostri receperunt, ad signum, quo excitantur: erit tamen cum aliquibus rationali dispensationi locus. e

3. Benedictio, gratiarum actio fiant juxta ritum Romanum in prima mensa: nam in privata, & secunda retineri potest antiquior, breviorque. f In mensa Sacerdotes præcedant non Sacerdotes; inter hos verò, illos-ve nullus ordo constituatur. g Si aliqua de causa Præpositus aut Rector primæ mensæ adesse non poterit, curet ut Minister adsit. h

4. A prandio, & cœnâ hora una honestæ recreationi impendatur; dimidia verò post collationem vespertinam, idque uno in loco: neque unquam nimis labores producendi, sine convenienti relaxatione. i Ut ea verò Recreatio religiosè transigatur, Superiores summopere adnitantur. l Curabit præterea Rector, ut omnes, præter eos, quos ipse exceperit, horæ quadrantem ante prandium, vel cœnam corporis exercitationi tribuant. m

5. Idem curet, ut diebus vacationum, cum cœnatur in Villa, per unam, vel alteram horam, Nostri se colligant orando, si

si manè non oraverint, vel studendo. Quod si mane, quacumque ex causa, in Collegio se continuerint, non fiat recreatio, sed à prandio tantum, per tres horas, vitam strepitu. "

6. Serio etiam incumbant in Reg. com. 26. de silentio observationem, executionemque eorum, quæ habentur in Instructione ad Superiores. o Syndicus Domia Superiore constituatur, ubi Ministri, aut Subministri opera satis non sit; qui observet, & referat, & præterea Syndici particulares in classibus adhibeantur. p

* 7. Singulis annis prælegendus in mensa Catalogus eorum, quæ sub gravi culpa, vel pœna in Societate præcipiuntur, vel prohibentur. q Demum singulis mensibus Summarium Constitutionum, Regulæ communes, Catalogus Missarum, & Orationum Nostris præscriptarum & Epistola S. P. N. de Obedientiâ audienda, & Scholasticorum Regulæ bis, aut ter singulis annis. r Regulæ Modestæ, Monita Generalia, & Regulæ Coadjutorum temporalium legi publicè consueverunt bis, quolibet anno.

" C. 6 D. 40. §. 7. & 9. & Or. c. 2. §. 15.

Silentium, & disciplina.

o In. 13. c. 3. & Cl. c. 3. §. 9.

p P. 3. c. 2. §. 16. & P. 4. c. 6. §. 15. & c. 10. §. 7. & c. 17. §. 7. & R. Præp. 51. & Rect. 48. & St. R. Prof. sup. 19. & R. Bid. 7.

* *Decreta, & Regula Societatis publicè legenda.*

q C. 8 D. 23. r P. 3 c. 1 §. 28. & P. 10. §. 13. & P. 4 c. 10. l. & R. com 49. & C. 2. D. 66.